

SALTUS  
AB EXTREMO AD EXTREMUM  
GEMINUS,  
SUB  
VIGILIAM  
GARNISPRIVI

(quæ vulgo vocatur  
*Kastnacht*)

*declinandus,*  
DISPUTATIONE PUBLICA,  
Tra&statui Teutonico cujusdam Anonymi

*opposita,*

PRÆSIDE

CHRISTOPHORO  
SONNTAGIO

S. S. THEOL. D. EJUSDEMQUE PRIMARIO ET  
GRÆCÆ LINGUÆ PROFESSORE, ECCLESIAE OPPIDANÆ  
ANTISTITE ET FACULTATIS SUÆ h. t. DECANO,  
DOMINO, PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO AD

CINERES USQUE COLENDO,

placidæ τῶν συμφιλολογύσατων disquisitioni exutiendus  
dabitur

ALTDORFI NORIC. die XIV. Augusti A. O. R. c. 15 CCIX.  
a

RESPONDENTE AUTORE

MICHAELE Schäffler / Memminga-Suevo,  
S. S. Theol. Stud.

Coll. diss. A  
115, 23

LITERIS KOHLESII, VNIV. TYPOG.


a. CXL. 23.

S. R. L.  
LIBERÆ REI PUBLICÆ  
MEMMINGENSIS  
VIRIS  
*MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSIMISQUE,*  
DOMINIS  
CONSULIBUS,  
PRÆTORI,  
SECRETIORIBUS,  
SYNDICO,  
TOTIUS ORDINIS SENATORII ASSESSORIBUS  
DIRECTORICANCELLARIE  
*DN. DN. PATRIBUS PATRIÆ, PATRONIS,  
EVERGETIS, FAUTORIBUS AC PROMOTORIBUS MEIS,  
VSQVE AD EXTREMVM VITÆ HALITVM DEVENERANDIS,*  
PAGELLAS HAS HUMILITER.

*offert, dedicat, consecrat*

MICHAEL Schäffler //  
AUTOR RESPONDENS.





## PRÆFATIUNCULA.



Tatum Ecclesiæ , nostra cum primis  
ætate , perturbatum esse , adeo , ut  
deterior fere fieri nequeat , omnes  
illi , quibus veritas curæ est , ultero  
fatebuntur . Si enim ad interiora  
eius viscera mentem dirigas , an non  
facile in eo observabis , omnia mala ,  
undiquaque mirum in modum aucta ,  
quæ inde usque a limite Nativitatis  
salutiferæ Salvatoris nostri est passa , nunc concurrere , & nihil  
hæc aliud , quam exitium aut diem supremum minari ? Nihil  
dicam de Naturalistis , neque de Fanaticis hodiernis , in omnes  
plagas mundi pene dispersis . Nostris enim temporibus , quod  
mireris , hæc duo mortalium genera in unum quasi Chaos con-  
fluxere . Quantam vero perniciem Ecclesiæ ambo intulerint ,  
experientia testatur . Neque sermo mihi est de Syncretistis , qui  
varias doctrinæ vertigines nostra ætate in Ecclesiæ non tantum  
invexere , sed & tantopere accrevere , ut vulnus tantum non in-  
sanabile esse videatur ; & verendum , ne dissidia tristiorum (quod  
procul abesse jubeat Deus T. O. M.) tandem effectum producant .  
*Conferatur instar omnium Venerandæ Facult. Theol. Lipsiensis Ju-  
dicio de Pietismo an. 1692. prolatum.* Dirigat quis , quæso , de-  
nuo oculos & animum ad faciem Ecclesiæ nostræ Lutheranæ tri-  
stissimam . Non enim ea tantum ab hostili invasione & impetu  
exterorum , sed & ab illis , qui nihil magis , quam hostis nomen  
detestantur , tam dira vulnera accepit . Illi , inquam , nobis que-  
relas has potissimum extorquent , qui ob speciem pietatis , quam

præ se ferunt, nostra ætate Pietistarum nomine appellari solent.  
 Hi sunt, qui iudiciis in nostros malignis merito se reddunt suspe-  
 ctos, plenis buccis in nos debacchantur, & nos quasi Antichri-  
 stos traducunt, omnesque, & pios & impios, æquali lance  
 ponderant. Et quia Ecclesia visibilis nunquam tam integra est,  
 ac illibata, quin boni simul ac mali invicem sint mixti, protinus  
 totam Babelem in Ecclesiam Lutheranam immigrasse, magna  
 sævitia & atrocitate, magnaque injuria clamant. Legantur modo  
 scripta, quæ præsenti tempore prostant; cùm primis vero illud  
 novissimum Anonymi cujusdam, e Libera aliqua Regionis Sueviæ  
 civitate haud ignota an. 1708 editum, quo ipse Ecclesiam nostram  
 plus vice simplici confusione Babelicæ arguens, sese reddit suspe-  
 ctum, quod omnia in eadem confundere & miscere velit. Ti-  
 tulus audit: **Die mit wehmüthigem Herzen höchst sindliche  
 vom Teuffel herkommende / jedoch unter denen Christen  
 entschlich gewohnte / und aber nach Götter ihm Wort be-  
 urtheilte Fastnachts Freude / von einem über solches ver-  
 fluchte Laster scuzzenden Christen.** Gedruckt im Jahr  
**Christi 1708.** En titulum speciosum! Prolapsus est autor ab  
 intemperiis debacchantium eheu! multorum ad extremum al-  
 terum, quo superstitione omnia improbare vult, quæ Christia-  
 nis hisce temporibus sunt licita, & sic, innoxios cum noxiis zelo  
 præcoci condemnans, ipsem, debacchantium mores notando,  
 simul in mores innoxiorum debacchatur. Hunc Tractatum ma-  
 gnas peperisse lites audio. Utinam vero omnes Christiani aut  
 hunc, aut proxime insequentem diem, Germ. Aschermittwochen/  
 tanquam solenne festum metanoëticum seu pœnitentiale, decen-  
 tiori cum devotione ac religione, quod alicubi locorum fit, undi-  
 quaque celebrarent! Utinam quilibet hominum satis, uti singulis die-  
 bus, ita tunc quam maxime expenderet, se cinerem esse, & in cine-  
 rem reversurum, se caro esse pretio redemptum, adeoque in cinere  
 ac cilicio pœnitentiam agere seriam debere! Absque quo si fuerit,  
 utinam nullius ejusmodi Festi in nostra Ecclesia mentio fieret! Sed  
 quia

quia nomen **Fasnacht** extat in Calendariis, quæ vidisse contigit, omnibus conscientiæ utique sunt erudiendæ, & informandæ, ut noverint, quid licitum sit, quid non, in ejusdem celebratione. Quapropter duo extrema, inter quæ pius quidam Christianus, ceu scopulos & anfractus, navigare debeat, hac in re commonstrare mihi licebit. Laudandus quidem Anonymus est in multis, ac zelus ejus non omnino culpandus. Ultro enim fatemur, & dolemus, pietatem in multorum animis, horum vero debacchantium maxime, refrixisse, inclinante & deflorescente hujus mundi ætate. Sacra enim oracula fatentur, in magnam parvitatem compelli numerum fidelium. Propterea nos in id unice incumbamus, oportet, ut cum timore & tremore salutem nostram operemur, idque jussu Divi Pauli Phil. II. 12. Placet autem in duas hancce opellam dividere partes, quarum *Alterum primum Anonymi Saltum ab uno extremo ad aliud exhibebit.* Quemadmodum enim unum extremum est, si quis afferat, vigiliam isthanc carnisprivii nullam omnino cum Bacchanalibus Ethnicorum habere convenientiam: Ita & alterum extremum est, si contendat, eandem esse per omnia ipsummet festum Bacchi Ethnicum: *Alterum vero secundum Anonymi præcipitantiam edocebit, qua limites divinæ veritatis transilierit.* Veluti enim unum extremum est, in vigilia carnisprivii (communiter ex Durando ita vocati, ex Pontificiorum moribus, ut tamen Jus Canonicum Dist. IV. cap. VI. in infirmitatis solatium, non luxuriæ incendium esum piscium concedat) ita edere, bibere ac delitiari, ut impenitiaris a præparatione ad passionem Dominicam pie meditandam: Ita & alterum est, etiam adiaphora quædam superstitiosius tunc evitare velle, aut in eadem, si tunc fiant, indignis modis debacchari. Faxit Deus T. O. M. ut hæc nostra opera in honorem & gloriam nominis sui fiat! Dirige, o Pater misericordiarum, & illustra mentem meam tuo Sancto Spiritu, ne in errorem labar, aut ulla occasione a tua veritate.

desciscam. Quin excita me, erudi & confirma animam meam, ut nomen tuum alacriter coram mundo profitear, & in vera fide erga unicum Mediatorem meum constanter usque ad extremum vitae halitum persistam. & tua bonitate adjutus, æternam vitam ac lætitiam adipiscar, in quo pro omnibus beneficiis Tibi lætus gratias acturus sum infinitas. Amen!

## SECTIO PRIMA,

de

*Saltu priore, qui sub vigiliam carnisprivij  
admittitur, declinando.*

S. I.

**S**ine multis ambagibus ad propositum me accingenſ ostendam, primum esse extreμum, si quis afferat vigiliam iſthanc carnisprivii nullam cum Bacchanalibus Ethnicorum habere conuenientiam. Illis, qui exorbitant abeuntque ad hoc ipsum extreμum, præter alios, numero pene infinitos, Autores, sese oposuit D. Andreas Hyperius de Feris Bacchanal. Var. opusc. Theolog. p. 976. & seqq. his utiſ verbiſ: Quodſi, que de Bacchi parte virili atque phallis ſunt recitata, excipias, non pauca comperies, quibus noſtri gentiles iſpos insania atque furore ſuperant. Primum ubi gentiles in tota Aegypto, Gracia vel Italia certos ritus certaque pompas iſpi ſibi preſcribebant, & repebant eadem quotannis; noſtri iſti ſingulis annis, ſingulis oppidis atque viciſ novas pompas producunt, imo uno eodemque oppido ex diuersis tribubus ſive plateis ſapenumero exire videas pompas admodum diuersas. Modo videas prodeuntes, qui exhibent anum ebriam cum ebrio Bebrio, modoque impexos agricolas, modoque monſtroſa forma homines, quales in India gigni cre-  
ditum

ditum est, modoque alias cuiuscunque conditionis personas, habitu omnibusque actionibus, ad turpitudinem significandam, aut minimum ad risum movendum compositis, referunt. Omnes autem personis tecti, ne à quoquam agnoscantur, & viri frequenter ueste fæminea, interdum & fæmina ueste virili, tanquam si artificiosum, aut pulchrum foret mentiri sexum: nonnunquam insuper quidam sic deformati, ut figura humana prorsus nihil retineant. Nam cornuti, rostrati, dentibus aprimis, flammantibus oculis, fumum & scintillas ex ore exhalantes, curvis unguibus, caudati, hirsuti, dentique & monstroso terriblesque cacodæmones videri atque timeri affectant. Ubi insuper gentilibus olim satis fuit, unum toto anno diem huic tribuere insanie, hodie isti, solo nomine Christiani, una die haud sunt contenti, sed inutiliter turpiterque consumunt multos, quid dico dies? Imo consumunt aliquot hebdomades dierum. Ex quo deinde fit, ut pomparum & personarum multis sit modus aut nimetus. Atque uno quidem die vagantur moriones, mimi, parasiti, scurra, histriones, tibicines, citharoedi; alio vero die ex opificum collegiis oberrant cuiuscunque sortis homines: omnes autem ridicula, stulta, quedam etiam turpia exhibentes, quo ostiatim stipem, farcimina, tardum & id genus accipient. Non nulli in divitium ades se se ingerunt, mercede exigua comedias vel tragædias, easque non omnino vacantes turpitudine, exhibuntur. Saltationes porro fiunt admodum lubricæ, pars ita foro & in plateis, pars in domibus privatis & noctu perinde, ac interdiu. Accedunt luxuriosa ac temulenta convivia ad intempestatam noctem, pene dixeram, ad dici sequentis crepusculum protracta. Et ad has nocturnas epulas occurunt, si Deo placet, larvati, alias pecunias, uestes ceteraque parati perdere aut lucrari. Ab iisdem larvatis etiam choreæ ducuntur. Ubi, obsecro, leguntur tam multa, tam varia, ad tot dies à gentilibus facta? Cogeris certe fateri, ô bone, quisquis es, gentiles prælibus Christianis sanos, modestos, sobrios dici posse.

S. II.

## S. II.

Hæc Hyperius ; quæ tanto penitus considerari merentur , quanto certius est , servos, voluntatem Domini scientes, nec tamen observantes facientesve, pluribus fore plagis obnoxios. Luc. XII. 47. Ad idem illud extremum attendens B. D. Baldinus Cas. Consc. Lib. IV. Cap. I. p. m. 854. Bacchanalia appellat festum paganum. Neque aliorum tetendit B. D. Dietericus, Sonderbarer Predigten part. I. p. m. 170. ajens : Wann wir der gemeinen heidnischen Welt- Gewohnheit nachahnen wolten / so müsten wir auff diesen Sonntag den fetten oder Fasnachts-Sonntag begehen / und an demselbigen/ dem leidigen Teuffel zu Ehren / der Welt aber dann gemeinen Hoffrecht ein Ægyptisches Früh- Fest / und Kalber- Tanz / mit den wüden Teuffels-Hummelen / und frechen gailen Mumbrüdern / anstellen / selbigen auch mit dummen / wüsten Früh- und Sauff-Wesen begehen. Weilen aber bei den Christen nicht seyn sollen Heidnische Bacchanalia, sondern lauter Christliche Passionalia ; und aber eben solche Bacchanalische Früh- und Früh- Feste in dieser unser Christlichen Gemeine Christ-löblich und glücklich / dafür wir billich Gott danken sollen / vorlängst abgeschafft / auch dem Teuffel / dahin es dann gehört / zu gewiesen ; So will ich auch solches an meinem Ort im Abgrund gerne beruhen lassen / und nicht viel dicentes, wie sonst billich geschehen sollte / hierüber machen / daß nicht / wo man in diesem Lustat viel Rübrens machen wolte / dessen Gestank und Geschmack / wiederum von neuem unter uns erreget werden möge. Eadem mens sederat B. D. Geiero, Zeit und Errigkeit pag. 437. nec non B. D. Carporvio, Harmon. Evangelico-Bibl. p. 479. ubi magno cum zelo intentatam renovationem rituum Bacchanalium , antehac abrogatorum , omni jure invehitur. Conf. etiam Dresserum de fest. dieb. p. m. 49. & seq.

## S. III.

## §. III.

Alterum vero ad extremum transit, si quis afferat, vigiliam istam per omnia ipsummet esse festum Bacchi Ethnicum, in memoriam & cultum Bacchi celebratum; id quod sibi cum primis voluit Autor Anonymus in Tractatu jam jam notato, ubi p. 12. his sententiam suam, operiosius assertam, verbis concludit: *Borhero hieß es Bacchus-Feyertag; dar- nach aber Faschnacht. Da bekam es einen Christlichen Namen: Indessen war nicht das geringste unterlassen / was bei den Bachus-Festen getrieben wur- de.* Quod autem Anonymus, ad alterum extremum prolapsus, hic cespitet, quodque vigiliæ carnisprivii non sint per omnia ipsummet festum Bacchi Ethnicum, in quo nihil intermittatur eorum, quæ in Festo Bacchi Ethnico olim fuerint peracta, id sequentes rationes comprobabunt.

## §. IV.

*Prima ratio a nomine est petita. In nulla enim lingua no-*  
*men Faschnacht exakte convenit cum Bacchi festo. Germanicum* I.  
*Faschnacht est vox composita ex Fasten & Nacht. Unde Saxo-*  
*nes Inferiores vocant Fasten-Abend. Vid. Voetium de Qua-*  
*drag. & Bacchanal. Tom. III. Disp. Select. disp. ult. Ita quoque*  
*in Chemnitii Postill. ed. Francof. A. 1593. in concione Dom. Quin-*  
*quages. sive Esto Mihi de Baptismo Christi p.m. 425. ad marginem*  
*Exordii Fasten-Abend / loco Faschnacht. Sed, quid sibi vult*  
*nomen Faschnacht? Nisi velis deducere ex Faß dolium, quia*  
*Bacchus depingitur, quasi dolio insideat; & ex voce Nacht.*  
*Sed vix Latinus audit sonus, Nox dolii. Nullum habet sensum;*  
*nisi si dolia relini & evacuari illa nocte a bacchantibus dixeris,*  
*hosque ipsos, quos Sancti Spiritus templa esse decebat, sordidos*  
*utres vinosos ac cerevisiarios appellaveris. Dictionarium regium*  
*P. Franc. Pommay, nec non Sylva Decimat. part. I. Faschnacht ex-*  
*primunt per Quaresme prenant Carneval. Præterea Galli*  
II.

B

hanc

hanc carnisprivii vigiliam nominant *Mardi gras*, den feisten Dienstag / sine dubio ob usum carnis, qui sequenti nocte media cessare debet. Ex quo nil aliud intelligi potest, quam nomen **Fastnacht** idem esse, ac vigiliam carnisprivii: sicuti alias vigiliæ festorum vocantur vesperæ vel noctes illæ, quæ festis ipsis præcunt, quamvis magno abusu lasciviaque à veteribus celebratæ. *Vid. Joh. Arndt Lexic. Antiq. Ecclesiast. pag. 400. 401.* Ita vero res se habet de vigillis, quas vocavimus, carnisprivii, ut totus dies, imo plures, jejunitum antegressi, **Fastnacht** dicantur. Prorsus autem hoc nomen commune nihil habet cum festo Bacchi Ethnico, in se spectato, & prout soli Deo Libero fuerat consecratum, si lubeat ἀνεβολογεῖν. In Latina quidem lingua **Fastnacht** nominant **Bacchanalia**: verum non proprie & formaliter, sed tantum appellative, & materialiter, quia homines hisce diebus bacchari ac turpiter incedere solent. Bacchari enim non tantum significat festum Baccho celebrare, sed etiam schwärzen / in der Unsinigkeit herum lauffen / *Βακχέουν, κωμάζειν, juxta vers.*  
*Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.*

Hoc autem non pertinet per omnia ad vigilias carnisprivii. De se vox **Fastnacht** nihil mali significat, si abusus tollatur. Abusus autem non tollit usum. Cæterum & hoc verum est, multitudinem abusuum multa peperisse nomina.

### S. V.

II.  
ab Origine Secundo neque ratione originis per omnia concordant vigiliæ carnisprivii cum festo Bacchi Ethnico. Aliam enim originem habet festum Bacchi: aliam vigiliæ carnisprivii. De origine Bacchanaliorum non concordant Scriptores. Polydorus Vergilius hanc trahit ex Ægypto, cuius verba Lib. III. de Inventoribus rerum cap. 17. sic se habent: *Bacchanalia sacra uberrimum apud cunctas ferme gentes libidinis seminarium fuere, quorum, ut idem testatur Herodotus, autor fuit Melampus Amytheonis filius, primusque ad Gracos detulit ex Ægypto, ubi ea sacra fieri cœperat.* Et paulo post: *Hanc ita multo post Gracis quidam homo ignobilis.*

ignobilis, ejusmodi sacrorum Antistes, in Hetruriam venit, docuitque ritus. Ex Hetruria ea mala labes mox Romanam penetravit, &c. Herodotus in Euterpe: Πολέμου δέ μα, inquit, δακέσι μάλιστα μελάμπυς τὰ τοιούτα Διόνυσον παρεῖ Κάδμος τε ἐγώ τοιούτοις σὺν αὐτῷ ὃν Βοιώντης ἀπικομένους εἰς τὴν νῦν Φειδίνην καλεομένην χωρῆν. Videtur autem mihi Melampus, quae ad Dionysium pertinent, audisse ex Cadmo aliisque Tyriis, qui cum eo e Phoenice venerunt in terram, quae nunc Bœotia appellatur. Plura habet Gerb. Joh. Vossius in Theol. Gentil. Lib. VII. cap. I. p. 155. Addatur Hospius de Orig. Festorum Lib. II. cap. 2. Nonnulli Chamum in Ægypto Festi Bacchi autorem faciunt; sed nullo fundamento. Falsum enim est, quando, vinum in Ægypto primum inventum esse, putant, cum Literæ Sacrae inventum illud, seu mavis observatum, primitus Noæ tribuant, Gen. IX. 20. Neque hoc firmo stat talo, cum, Noam ipsum Bacchum fuisse, atque regionibus Ægypti inhabitasse, a quibusdam existimatur. Vid. Basil. Fabri Thesaur. voce Bacchus p. 315. C. & 316. A. Placet quoque huc asserre, quæ B. D. Glassius hac de re habet in Exegesi Evangel. Domin. Quinquag. p. 305. Inventum, scribit, a Melampode (nigripede Diabolo) & ex Ægypto in Græciam, per Græcos in Hetruriam, per Hetruscos in ipsam Romanam introductum hunc fuisse ritum, quidam tradunt. Diagondas autem Thebanus eam ex Græcia sustulit; Posthumius Coss. Romanus extra urbem & Italæ fines relegavit, Senatus consulto carvens, ne Bacchanalibus neque in Italia locus esset. Deplorandum ergo est, in tanta Evangelii luce esse, qui Salios, Corybantes, Cobalos, Faunos, Satyros ex orco in lucem reducant. Valeant potius ista Liberalia illiberalia. Procul sunt Hilaria ista, tristitiam & Furias nonnunquam comites habentia: Ex omni delectantur memoria Dionysia adiutoria &c. ut non inscite quidam vir doctissimus loquitur. Videantur porro Augustinus Lib. VII. de Civ. Dei. cap. 21. Tom. V. oper. p. 405. & seq. (ubi Lud. Vivis Notam confer) & B. Mathesius Postill. part. III. fol. 75. Quicquid autem sit, festum hoc Ethnicum qua originem haud per omnia respondet vigiliis

carnisprivii. Nam hæ aliam habent originem. Nimirum juxta onomatologiam oriuntur a jejunio Pontificiorum, vom Fasten, quod *Ius Canonicum Decret. Dist. IV. cap. 4. p. m. 6.* inde usque a *Telophoro*, urbis Romanae Episcopo, deducit; a quo homines per quadraginta dies ante Pascha ab esu carnis abstinere jussi fuerint. Hinc *Jejunium Quadragesimale*, de quo vid. *Polyd. Verg. l.c. Lib. VI. cap. 3.* Sed præcedentibus diebus ante jejunium quadragesimale licitum fuit carnes edere, convivari &c. Hinc pedetentim addiderunt lasciviam variam ac petulantiam, uno subinde abusu pariente alium. Quid enim, obsecro, malitia hominum, sive sint Ethnici, sive Christiani, non invenit? De ejusmodi abusuum excessuumque origine nihil certi habemus: nisi quod *Gregorius ille Magnus*, Papa quondam Romanus, circa finem Seculi VI. in *Epistola ad Augustinum Angliae Episcopum* aliqua de ejuscemodi perversis hominibus habet, cuius excerpta leges in *Jure Canon. Decret. Grat. Dist. IV. p.m. 6.* Inter alia sic loquitur: *Omnès Laici & Seculares illa die (Dominica Quinquagesimæ) plus solito ceteris diebus accuratius cibos carnium appetant, & nisi nova quædam aviditate usque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se hujus sacri temporis (jejunii) observationem suscipere [posse] putant: quod utique non rationi, sed voluptati, imo cuidam mentis cætitati adscribendum est, unde nec à tali consuetudine averti possunt; & ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte pejores existant, si à tali consuetudine prohibeantur.* Hujus *Gregorii M. verba quoque citat Guliel. Durandus, in Rationali divin. offic. Lib. VI. cap. XXVII. num. ii. Solent*, ait, *nil homines magis intendere gula propter carnisprivium, quod imminet, de quibus dicit Gregor. dist. 4. denique, quod relinquendi sunt suo ingenio cum venia.* Ex quibus patet, originem abuluum horum non esse immediate, simpliciter & absolute ex festo Bacchi Ethnico derivandam, sed potius ex Papalustenebris redundare, & quidem ex jejunio quadragesimali, hocque antecedente nimia gula. Quando autem illi excessus vel abusus cœperint, quis dicet?

Hujus-

Hujusmodi enim abusus pedetentim succrevere. Quapropter sibi metipsis contrariantur ea, quae Anonymus vom Ursprung von der rechten und Gott-wolgefälligen Fastnacht / p. 3. (a doch generali denominatione die Fastnachts-Freude vom Teuffel herkommen soll juxta Tractatus titulum) p. 9. 10. II. 12. tradit. Nullo modo is probare potest id, quod supponit, *jejunum quadragesimale jam tempore Constantini M. Christianis* (quos ille conversos Ethnicos promiscue appellat) *tanquam necessarium quid obtrusum fuisse*. Canone quidem V. Concilii Niceni mentio fit *Quadragesimæ*, Græcè Τεσταρχοσῆς, ubi vide notam Zonaræ edit. Beveregianæ p. m. 64. & seqq. Notum autem est, *Quadragesimam varie accipi*. Vid. Socratem Hist. Eccles. Lib. V. cap. 22. p. 286. edit. Vales. Arndii Lexic. Antiquit. Eccles. p. 532. Et ab initio quidem jejenum liberale quid fuisse usque ad Seculum VI. & VII. uti Arndius dicit l. c. abunde constat. *Quod autem hucusque liberum fuerat, tum demum legibus imperatum fuit*: ex. gr. anno 653. in Concilio Toletan. VIII. can. IX. & in Trullano Anno 692. can. LVI. Vid. Caranz. p. m. 254. & 292. Spanheimius Introduct. ad Hist. Eccles. N. T. Sec. IV, p. m. 108. scribit, *tum adhuc libera fuisse jejunia. Præter jejunia, inquit, Feria quarta & sexta, de quibus ante, eademque libera &c.* & pag. 109. *Ignota jejuniorum reliqua tempora, quæ Latini postea addiderunt*: Cum tamen Anonymus p. II. 12. expressè dicat: *Damit sie (nemlich die faulen Bischöfse) weder diese böse / noch jene warhafte Christen erzürneten / so geboten sie unerseits solche 40 tägige Fasten-Zeit zu halten / und da es aus Christlicher Freyheit war angefangen / machten diese ein Gesetz daraus / welches man ohne schwere Sünde nicht unterlassen könnte / beslecktens noch mehr mit allerhand Menschen-Schätzungen / und verhiessen dabei / wer sich solchein Gesetz bequemte / der hätte ein solches gutes Werk gethan / das ihme wohl zur Seeligkeit beförderlich wäre. Hæc omnia restringit ad Constantini M. tempora. Sed certe ea ipsa non di-*

eenda duntaxat ; verum etiam probanda fuerant. Nonne enim Seculo illo adhuc liberum fuit jejunium , quod patet ex Spanheim. l. c. ? Sic itaque ad Constantini M. tempora refert Anonymus ea, quæ sexto demum seculo cœpere , ubi legibus fuit jejunium quadragesimale imperatum. Idem Spanheim. l. c. Sec. VI. p. m. 178. Deinde & hoc Anonymo incumbit probandum , quod pag. 12. affert , Die heidnische Christen hätten das Bacchus-Fest/ weil sie es im vollen Heidenthum ohne dem um solche Zeit gehalten / fortgesetzt. Item : sie hätten alle Greuel getrieben / die die Heyden am Bacchus-Fest begangen hätten : Ja man habe nicht das geringste unterlassen / & quæ sunt alia , calumniose prolata. Similiter Arnoldus in Histor. Heret. dixerat in der Vorrede S. 31. Die Kirche habe unter Constantino M. durch das confuse und unvorsichtige Aufnahmen aller Heuchler und Bösen / wie auch durch die natürliche Fortpflanzung derer falschen Christen / viel Millionen Bastarde gezeugt. Huic cothurno sic se opponit Dn. Corvinus Gründlicher Untersuchung fol. 16. seq : So viel Worte et hieher setzt / so viel ungerechte und falsche Beschuldigungen sind darinnen enthalten. Et p. p. Ich glaube nicht / daß Herr Arnold bei sich selbst gewesen / als er dieses geschrieben. Quod Anonymus de Constantino M. id B.D. Saccus de Carolo M. refert , cuius verba legelis apud Dn. D. Scheluvigium im Leit : Stern des Gewissens pag. 470. quæ ita habent : Da Carolus M. die Deutschen zum Christlichen Glauben bracht/ und die Fastnacht abschaffen wollen / haben sie über der Fastnacht also gehalten/dass sie eher den Christlichen Glauben / als die unsinnige Fastnacht haben fahren lassen. Darum auch ihuen Carolus M. das neue Fest lassen müssen / damit sie nicht wiederum zum Heidenthum fielen.

## S. VI.

III. Neque tertio ratione Temporis convenit per omnia Festum a Tempore. Bacchi Ethnicum cum vigilia carnisprivii. Ethnici quidem varia festa

festa Bacchi celebrarunt , variis in locis & temporibus. *Vid. Ho-*  
*spinian. de Orig. Fest. Hoffmann. in Lexic. univers. voce Dionysia.*  
*Rosinum, & in hunc Dempsterum, Antiq. Rom. Lib. IV. cap. 17. &c*  
*alios. Polyd. Verg. I. c. p. 243. dicit , tres in anno statutos dies ha-*  
*buisse Ethnicos , quibus interdiu Bacchis initiantur , & pro tribus*  
*in anno diebus , quinos in singulos menses dies initiorum sacros fe-*  
*cisse. Græci hoc festum , quod & Dionysia , item Liberalia voca-*  
*tur , triennio celebrabant. Isancus Causaubonus ad Theophrast. Cha-*  
*racter. Eth. οὐδὲ αὐτοὶ εἰς τὰς, p.m. 131. duplia facit hæc Bacchi sacra,*  
*quorum alia Verno , alia Autumnali tempore celebrarentur ; ratus ,*  
*Dionysia , absolute dicta , de vernis accipienda esse. Scaliger tri-*  
*plicia facit , lib. I. de Emendat. Temp. cum de mensibus Atticis agit.*  
*Faber in Thesauro suo, voce Dionysia , item voce Orgia p. 114. C. dicit*  
*Bacchi sacra trieterica , Fastnacht-Fest / Schwarm-Fest / wel-*  
*ches die Heiden in dreyen Jahren nur einmal begiengen : si-*  
*cuti fuere festa Saturnalia quinque vel septem dierum , quæ Roma-*  
*nimense Decembri omni cum lætitia celebrabant. Macrobius lib.*  
*I. Saturnal. cap. 10. p. m. 228: Primus Saturnalium dies fuit XVII.*  
*dies Decembris. Lipsius lib. I. Saturnal. Sermon. cap. 2. seqq. Sed*  
*quæ Decembri mense celebrabantur , virorum erant. Fœminæ*  
*enim Saturnalia sua Calend. Martiis celebrabant. Hinc Suetonius*  
*Vespasian. cap. XIX. Dabat, sicut Saturnalibus viris Apophoreta (pe-*  
*cularia munera , cuiusmodi nomine etiam Martialis certa sua car-*  
*mīna mactavit) ita per Calend. Martias fœminis. Quoniam ergo al-*  
*terum Bacchi festum tempore Veris , alterum tempore Autumni*  
*fuit celebratum ; hinc nondum probatum est , hujusmodi univer-*  
*sale Festum Bacchi Ethnicum tempore jejunii quadragesimalis inci-*  
*ipientis apud Ethnicos celebratum , atque a Christianis in Oriente*  
*& Occidente continuatum fuisse.*

## §. VII.

*Quarta ratio est aritibns petita. Festum hoc Bacchi certe* IV.  
*apud Ethnicos complures secum ritus ducebant , qui in Christiano-*  
*xum vigiliis etiam pessimis per omnia (so nemlich) daß die Chri-*  
*stianen*

sten alle Greuel getrieben/die die Heiden am Bacchus: Fest  
begangen hätten / quod vult Anonymus) nunquam adhibiti fue-  
runt. De execrabilibus, imo Satanicis ejusmodi ritibus sine horrore  
& detestatione nemo Christianorum legere potest. Videatur modo  
Hospinian. & Hoffmannus ll. cc. cum primis vero Polyd. Verg. l. c.  
ubi narrat p. 243 : *Tum promiscue sacra viri fæminis permisi  
facere cæperunt, ubi cum per noctis licentiam quidvis scelerum  
unicuique edere liceret, nihil facinoris, nihil flagitii prætermitte-  
batur; siquidem eo loci supra pariter atque cædes redundabant,  
quando qui aut ad Venerem pigriores, aut dedecoris minus patientes  
erant, (nam postremo nemomajor XX. annis initabatur) morte af-  
fiebantur: nec id multis cognitum, cum nulla vox queritantium  
præululatu, tympanorum cymbalorumque strepitu exaudiri posset,  
& mortui ex conspectu illico inspecus abderentur. Summa religio-  
nis erat inter eos viros, velut mente captos, corporis jactatione fa-  
natica vaticinari, matronas Baccharum habitu crinibus passis cum  
facibus ardentibus discurrere, & mactatos dici a Diis raptos &c.  
Quid, quod ipsi Ethnici saniores ab ipsis abhorruerunt, teste Her-  
rodoto, qui Lib IV. Histor. Melpomene dicto, asserit, Scythes Græcis  
probro dare Bacchandi turpidinem, negantes esse credibile,  
Deum invenisse, quo homines ad dementiam adigantur. Livius,  
Decad. IV. Lib. IX. prolixè narrat; quomodo Bacchi sacra ob turpi-  
tudinem summam per Senatusconsultum sub Sp. Posthum. Albino  
& Q. Mart. Philippo Coss. A. U. C. 568. sublata sint. Augustin. l. c.  
Dempster. ad Rosin. l. c. Diodorus Siculus Lib. IV. Bibliotheca. Co-  
lebatur Bacchus hostiis, ludis scenicis: Ex hominibus Baccho sacra-  
bantur cæsones, sive ex matris utero exsecti, idque ob similem or-  
tum. Vid. Macrob. in primo Sat. cap. XVIII. p. m. 286. Ex qua-  
drupedibus Baccho sacer fuit Hircus. Hinc Ovid. in Fastis & Mar-  
tialis lib. III. Epigr. XXIV.*

VI Stabat moriturus ad aras  
Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.  
Leo quoque Baccho dicatus; eidem Pantheræ (Philostratus in vita  
Apoll.

*Apoll. lib. II. c. 1.) & oves mactabantur. Ex volucribus Pica, quia garrula est, ob ebriorum garrulitatem, item Jynx. E plantis vero sacra fuerunt Quercus, Vitis præcipue, Hedera, & quæ sunt alia innumera, quæ legi possunt apud Gerb. Job. *Vossium de Theologia Gentili Lib. IX. cap. 29. p. 274. seqq.* & *Lib. I. cap. 30. p. 118.* ubi varia de orgiis inveniuntur, analogiam quandam cum sacris historiis habentia. Habitum Baccharum Mænadum, sive mulierum rabidorum Ovid. VI. *Metams.* v. 596. ita describit:*

*Vite caput tegitur; lateri cervina sinistro*

*Vellera dependent; humero levis incubat hasta.*

Sane ejusmodi ritus apud Christianos undique in usu non sunt; neque Phallagogia, neque Omophagia &c. Quomodo ergo Anonymus tam ruditer & crude dicere conatur, daß die Christen im geringsten nichts unterlassen / mas die Heiden an Bacchus-Fest getrieben? Dices; Atqui ipsi Ethnici turpissimas hasce ceremonias ac ritus abjecerunt, ac eorum loco alias adhibuerunt, quas Christiani continuarunt. Sed respondeo: Ethnici quidem ipsi olim Bacchanalia e Roma ac Italia remoyerunt, sicuti Polyd. Verg. l. c. p. 243. recenset: *Verum, inquiens, ad extremum tantorum scelerum indicio, ad Sp. Posthumum Albinum & Q. Mart. Philippum COSS. delato, religio pestifera extincta est, anno II. C. DLXVI.* Sed & hoc est sciendum, illos ritus ac turpitudines non solum apud Ægyptios, Græcos, aliasque gentes, mansisse, sed etiam denuo apud Romanos irrepsisse. Primo enim Tertullianus expresse dicit: *Apolog. c VI. p. 24. edit. Pamel.* *His vos restitutis, summam Majestatem contulistiſ &c.* In antecedentibus sermonem quoque fecerat de Bacchanalibus, a Majoribus Romanorum abolitis (*Librum Patrem, inquiens, cum mysteriis Consules Senatus autoritate non modo urbe, sed universa Italia eliminaverunt*) Posteros vero eo majori pompa & Majestate rursus introduxisse hæc commemorat. Deinde, si Romani, aut Ethnici ejusmodi Bacchanalium abominationes & petulantias pessimas tempore Patrum non admisiſſent; cur propterea a Patribus objurgarentur? Ex. g. *Aglemen-*

te Alexand. Admonit. ad Gent. p. m. 10. 11. Gregorio Nazianz. Orat. in sancta Epiphian. Augustino, de Civ. Dei. passim, item Epist. 44. ad Maximum Madaur. p. m. 135. Plutarchus quidem lib.  $\omega\epsilon\iota\phi\lambda\omega\lambda\gamma\tau\alpha\varsigma$  dicit, Phallagogiam esse abolitam. p. m. 527. πατρι $\sigma$  τῶι Διονυσίων ἐορτὴ τὸ παλαιόν επέμπετο δημοτικῶς &c. Sed mihi videtur id tantum sibi velle Plutarchus, quod sacra Bacchi non amplius tam vulgariter ac simpliciter, sicuti olim celebrarentur. Ex. gr. viles ac vulgares habuerunt olim Phallos, ex ligno tantum fabricatos: postea vero ex auro argentoque splendidissime exstructi fuerunt. Olim populariter processio & circumgestatio pedibus tantum peracta fuerat; postea vero magna cum pompa Equis phaleatis, cunibus ac plaustris incesserunt. Sed Christiani nunquam, quod sciam, tale quid fecerunt, praefertim hisce nostris temporibus. Lurcari enim, debacchari ac larva indui, non statim est omnimodo celebrare festum Bacchi Ethnicum, nihilve omittere eorum, quae in Bacchanalibus Ethnicis sunt factitata. Quotiescumque igitur hactenus dixi, vigiliam carnisprivii non convenire cum Festo Bacchi Ethlico, toties illud de omnimoda convenientia intellectum volo; id quod etiam ex dicendis ulterius patebit.

## §. VIII.

## V.

*A Conse-  
quente ab-  
furdo.*

Quinto & consequente absurdo. Si enim vigilia carnisprivii per omnia esset festum Idoli illius Ethnici Bacchi, pro cultu ejusdem a Christianis per tot annos celebratum, hique inscripsissent illud calendariis suis; sequeretur, illos per tot annos fuisse idololatras, manifeste Religionem Christianam abnegantes, & relapsos ad Ethnicum, fuisse Thysigeros & Thysigeras, fuisse Bacchas proprie dicetas. Celebrare enim aliquod festum Ethnicum nihil aliud est, quam non solum qua vitam, sed & qua religionem & confessionem Ethnicum se confiteri. Quomodo autem haec convenienter cum Christianismo? Quomodo Episcopi tempore Constantini M. (juxta Anonymum) ut festum hoc continuarent, Christianis facere licentiam potuerunt? Quomodo hecce eum disciplina Ecclesiastica, tunc temporis cum lapsis usurpata, concordant? Conf. Cypria-

9477

num in Sermone de lapsis, & alios; ex recentioribus Spanheimium  
Introd. Histor. Eccles. N.T. Sec. VI p.m. III. & II.

## S. IX.

Sexto, a dissensu quationem affirmantium inter se. Neque  
enim illi, qui vigiliam carnisprivii per omnia ipsum Bacchi festum  
esse dicunt, inter se consentiunt; atque hinc nobis varia Ethnico-<sup>VI.</sup>  
rum festa narrant, quæ omnia simul sumta in hocce Festo Bacchi mantium  
Ethnico ad Christiano translata esse volunt. Plerique Festum Bacchi inter se.  
& vigiliam carnisprivii unum idemque esse putant. Nonnulli appel-  
lant Bacchanalia, qui autumant eadem in proscenium Romanæ  
Ecclesiæ producta fuisse a Telesphoro anno Christi 141, eo fine, ut  
jejunium quadragesimale eo facilius populo imponeretur. Verum  
nihil hac de re tradit Caranza, utut jejunium quadragesimale a  
Telesphoro Clericis indictum commemoret in summ. Concil. pag.  
13. Neque etiam Gratianus in Decretis Jur. Canon. Dist. IV. jam-  
jam fit. Alii putant Lupercalia idem esse vocabulum, quod Fast-<sup>2. Lupen-</sup>  
nacht. Propterea Bapt. Mantuanus Lib. II. Fast. pag. 76. 77. de <sup>calia.</sup>  
ista hujus vigiliae mala consuetudine sic canit:

Hic memorare libet quoddam grave temporis hujus  
Crimen, & ipsius subjungere criminis ortum.

Roma Lupercales ludos antiquitus isto

Mense celebrabat: posita gravitate per urbis

Compita cursabant stolidi sine ueste Luperci. &c.

De origine autem Lupercalium audiemus Polyd. Verg. l.c. cap. XIV.  
Lib. II. p. 40. Lupercalia, inquit, ludicra, quæ teste Plutarcho  
expiationis causa fiebant, Lycaeæ dicta à Pane Lycae, numine Arca-  
dico, quem auctore Livio ab U. C. Romani Inuimus vocabant, &  
idem putabatur esse Faunus, vel ut Fenestella tradit, Sylvanus.  
Sacrificabatur autem Lycae, mense Februario, in hunc ferme mo-  
dum: Juvenes nudi Lycaum Panam venerantes per luxum atque  
lasciviam, currebant, ferentes scuticas ex caprinis pellibus factas.  
Unde Festus tradit Crepos, id est, Lupercos à Romanis dictos,  
a crepitu pellicarum, quem faciebant verberantes. Mulieres

*ultra se ad verbera offerebant, arbitrantes, eam rem ad fæcunditatem conducere.* Juvenalis:

*Nec prodest agili palmas præbere Luperco.  
Hoc autem ludicrum Evander ex Arcadia primus in Latium intulit. Ovidius:*

*Transtulit Evander sylvestria numina secum.*

Plura adhuc sunt, quæ legi possunt apud Ovid. Fast. v. 367. seq. *Enimvero ne hæc quidem conveniunt cum vigiliis carnisprivii, a quibusdam etiamnum celebratis. Nullus sane nudus apud hos circumcurrit. Alii nominant Quirinalia, quæ denotent Festum stultorum.* Vid. Höppin. l. c. p. 64. *Sed sic ratione nominis multa festa stultorum haberemus. Alii Festum Saturnalium esse putant, ex eo, quod vestes unc temporis permutentur. Sed tales permutations vestium in pluribus festis Ethnicorum factæ esse leguntur.*

*Vid. Höppin. p. 146. Et hoc præterea est sciendum, festum hoc Saturnale quinque vel septem dierum mensē Decembri a Romanis omnium laetitia fuisse celebratum, in quo amici inter semunera mitabant, teste Martial. in Xenis ap. Polyd. Verg. l. c. p. 141, ubi etiam horum originem invenire potes. Vid. Lipsius Lib. I. Saturnal. Sermon. cap. II. seqq.. Macrobi. Lib. I. Saturnal. cap. X. Alii Floralia Ethnicorum esse arbitrantur, pravitatem Bacchanalium exinde probatum eentes, quia Cato in iisdem a Theatro abiisse feratur, de quo apud Valerium Max. Lib. II. c. 10. num. 8. & Senecam Epist. 97. ubi florales jocos nudandarum meretricum, sedente Catone, populus negatur permisisse. Sed hoc in Floralibus, non autem in Bacchanalibus factum erat. Höppin. p. 100. Polydorus Verg. l. c. p. 335. sequentia habet: *Floralia, inquit, Deæ Flora pridie Calendas Maji, dicata. Celebrantur autem a meretricibus cum coronis & vestium varietate, temporis laetitiam florumque significantibus.* Ex quibus omnibus patet, hoc modo minus convenire hæc festa cum vigiliis carnisprivii. Porro alii Hilaria vocant, uti Höppin.*

p. 83. seq. Polydorus Verg. exinde ludos Megalenses deducit (Cybeles sive Deum Matris) de quibus Cicero Orat. de Aruspicum Re-

3. Quiri-nalia.

4. Satur-nalia.

5. Flora-lia.

6. Hilari-a.

spon-

*sponsis cap. XII. Gisbertus Voëtius nescit, quorsum tandem festum hoc referre debeat, & pag. 13. ita se explicat: Inter Romanos Christianos renata videntur Gentilium Saturnalia, Bacchanalia, Quirinalia, Lupercalia: Alibi etiam Hilaria addit. Hoc autem modo verum esset, apud Christianos in vigilia carnis privii omnia festa Ethnicorum simul celebrari.*

## §. X.

Specialis vero *Septimo* etiam ratio *a silentio Patrum* desumpta, consideranda venit. Quamvis enim Patres Ecclesiæ sæpius Ethnicis Bacchanalia objecerint, imo & Christianos ob reliquias idolatriæ exinde fluentes, aut consuetudines iisdem analogas reprehenderint; tamen, ab illis propter celebrationem festi Bacchi hæc speciatim his exprobata fuisse, non legitur. Si enim festum hoc, proprie sic dictum, celebrazsent, Patres non tacuissent. Objicies, Tertullianum Christianos generatiū non tantum ob idolatriam Gentilium, sed & speciatim ob celebrationem Bacchanalium reprehendisse: *Nobis enim*, dicit, (Lib. de Idolol. c. XIV. p. m. 173.) *quibus Sabbathæ extraneæ sunt, & neomeniæ, & feriæ aliquando a Deo dilecta, Saturnalia & Januariæ & Brumæ & Matronales frequentantur: munera commicant, strena consonant, lusus convivia constrepunt.* Hic Brumas loco Bacchanalium ponit. Sed respondere ad hanc objectionem facile est. Unde enim probabitur, Tertullianum h. l. per Brumas Bacchanalia præcisè intellexisse? *Hospinianus* quidem certe de Fest. p. 142. & seqq. perspicue nos docet, Brumas ne quidem convenire cum Bacchanalibus, ne dicam ipsa esse Bacchanalia. Bacchus quidem etiam Bruma vocatur, sed non Brumus. Brumalia derivantur a Bruma, quod signif. den. kürzesten Tag im Winter. Hinc *Martial. Lib. VI.*

VII.  
*A silentio  
Patrum.*

*Bruma est, & riget horridus December.*  
Brómis vero a Brémis fremere, a fragore tonitruum scilicet, quæ in nativitate ejus excitata fuerunt. Hinc Ovid. Lib. IV. Metamorph.

Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque Lyatumque.  
 Confer. Diodor. Sicut. Lib. VI. Bibliothec. Dein, quando Tertullianus Christianis idololatriam objicit, non nisi per analogiam & consequiam id, accedente quippe κακογνασίᾳ & abusu, est intelligendum. Quod si enim omnes, quos reprehendit, idololatram fuissent, hodienum sane complures Christiani ejusmodi idololatram essent. Nam idem hodie de multis dicitur, quod sub tempore brumale munera commeent, strenae consonent, Iusus, convivia constrepent. Qua tamen de causa, nisi quod ἀρρενοφρόνησις accesserit, nemo Christianorum idololatra erit dicendus. Applicet quis, quæso, argumenta Tertulliani cætera ad nostrum statum Ecclesiæ & temporis; nonne idololatriæ Pontificiorum, imo ex parte Ethnicorum, nos participes sumus? Dantur enim inter nos Astrologi: Sant Luditmagistri, qui in Scholis libros gentiles (uti est v. g. *Justinus, Ovidius, Horatius, Florus &c.*) pueris explicant: Mercatores vendunt sua thura, & cætera, quæ tam laudabili χρήσει, quam κακαὶ χρήσει obnoxia sunt. Quid præterea dicendum de præsentationibus Operarum, de Igniferis, de Poëtis, qui Deos Deasque nominant? Dantur porro Pictores, Statuarii, Hermoglyphi, Cæmentarii, diversis diversa fabricantes. Objicis, ipsum Tertullianum contendere, quod Christiani inter se tantum festa ejusmodi more Ethnico, non autem ut rem licitam celebrent, *Quod si nobis inquiens, nullum jus est communionis in ejusmodi cum extraneis, quanto scelerius est, hæc inter fratres frequentare?* Ego vero cordatoribus dijudicandum relinquo, an non, si vel de Januariis aut Brumis accipiatur, censura hæc, *quanto scelerius est &c.* Justo rigorosior videatur. Fuit enim Vir austerus, multa subinde in maxime partem interpretatus; quapropter ad Montanistas abiit, & plurimum Rigidistarum more ab uno extremo ad alterum fuit prolapsus. Confer. Disp. Dn. PRÆSIDIS de *Psychicis*, quo nomine Orthodoxos suorum temporum ille mactavit. Quid multa vero? Certissimum est, si Christiani tunc cum Ethnicis festa ritibus gentilium celebrassent, neque omisissent ullum festale requisitum in iisdem cele-

celebrandis, quod sibi vult Anonymus; certissimum, inquam, est, ejusmodi bacchantes, tanquam male feriatos, extemplo excommunicandos fuisse. Quia autem posterius non est factum; ergo nec prius. Ejusmodi autem ritus subinde eosdem adhibuisse, qui per se liciti & adiaphori fuerant, credibile est. Sed tamen omnia non esse excusanda, fateor. Porro objici solet, *Maximum Taurinensem Homil. de Circumcisione Christi* aliquos reprehendisse, qui larvati cum Ethniciis pervagati fuerint. Regero, quamvis unus & alter id fecerint, cæteris tamen omnibus id non esse imputandum. Semper enim carcinomata in Ecclesia fuerunt. Legatur tota Homilia. Si quis porro objiciat, *Salvianum* (vergente Seculo V. Lib VI. de Gubernat. Dei) Christianis exprobrasse, quod ludis scenicis Ethnicorum adfuerissent p. 119. item cap. VIII. p. m. 164. Illud, ait, perniciosius ac scelerius, quod multi eorum, qui professionem Christo dicaverant, mente Idolis serviebant. Quis enim non eorum, qui Christiani appellabantur, Cœlestem illam, aut non post Christum adoravit, aut quod est pejus, multo ante, quam Christum? Sed nullibi de celebratione Bacchi hic agitur; &, si Episcopi, propter inscriptionem Iudorum tam scenicorum, quam Circensium, & propter venerationem *Uraniae* illos reprehenderunt; quid, quæsto, dixissent, si Christiani ante jejuniū quadragesimale Baccho aliquod Festum dicassent atque celebrassent?

### §. XI.

Pergo ad octavam rationem *a detestatione Bacchanalium* VIII.  
desumptam. Cur enim Christiani tunc festum hoc Bacchi Ethni-  
cum & propriæ sic dictum una cum omnibus ritibus Thyrsgerorum  
celebrassent, cum tamen maxima detestatione & horrore id prose-  
querentur, & idololatriam Ethnicorum exagitarent, uti ex supra  
citatis Patribus videre est? Præprimis notatu digna sunt, quæ So-  
crates narrat, de binis Apollinariis, Patre ac filio. Hi Hymnum  
saltem Epiphani Sophistæ in laudem Bacchi audiverant; quapro-  
pter Theodotus Laodicensis Episcopus illos excommunicavit. Hist.  
*Eccles. Lib. VI. c. 25. p. m. 672.*

*A detesta-  
tione Bac-  
chana-  
lium.*

### §. XII.

## IX.

*A Calen-  
dariis.*

**S. XII.**  
**Nona** ratio, *a Calendariis* petita, hæc est. Si vigilia carnisprivii, quæ hodienum in Calendariis Fastnacht inscripta legitur, Græcorum Dionysia & Latinorum Bacchanalia indicat; semperque juxta omnes Ethnicorum consuetudines & idolomanias omnique ex parte a Christianis ante jejuniū quadragesimale celebrata fuit; cur in Calendariis Menologiisque Græcorum Christianorum non vox Dionysia, aut in Latinis vox Bacchanalia illo die invenitur? Certo est hoc indicio, quod vigilia carnisprivii sive Fastnacht ejusmodi festivitatem Ethnicam non significet; adeoque Bacchi festum in Calendariis Christianorum non extet.

## X.

*A Nostro-  
rum con-  
sensu.* Ratio *decima* majoris est momenti, *a nostrorum consensu ac-* cersita. Majores nostri & tempore Reformationis & postea, vigilias illas, de quibus loquimur, nequaquam Festum Bacchi Diabolicum per se esse censuerunt. In B. Megalandri Lutheri nostri Kirchen-

Postill Domin. Quinquages. fol. m. 291. lit. b. huncce titulum invenimus: Evangelium au der Herren Fastnacht vder am Son-  
tage Quinquagesima. Quem titulum si reprobasset absolute & sim-  
pliciter, ecqui circa frontispicium posuisset? B.D. Martinus Chemni-  
tius in Postill. edit. Francof. an. 1539. Domin. Quinquages. p. m. 825  
& seqq. in Evangelium de Baptismo Christi, sequentia in Exordio  
habet: „Wir haben hier in dieser loblichen Gemein eine feine  
„und Christliche Gewonheit und Ordnung in diesem Fall/  
„welche zur erbarn und Christlichen Förllichkeit gute Anlei-  
„tung giebet. Es laufft nicht der eine hier/der ander leicht,  
„fertig zusammen und halten ein Winckel-Gelag / und Zu-  
„sammenkunft / sondern gehet fein ordentlich zu. Es hal-  
„ten erstlich die Herren auf ihren Rath. Häusern ehrliche  
„Geläge / da sie mit den fürnemsten ihrer Burger samt ih-  
„ren Weibern und Kindern zusammen kommen / essen und  
„trincken / tanzen und sind frölich. Da gehet alles fein er-  
„barlich und züchtig zu/und steht auf den Abend jeder man  
frey/

fren / daß er mag hinausgehen / und die Ehren-Tänze anz-  
 sehen / auf daß die Jugend daraus lerne / wie sie sich nach  
 solchem läblichen Exempel auch aller Zucht und Ert arbeit,  
 bestleihigen soll. Wie derhalben auch ihnen bisweile a ver-  
 gönnet wird / sich in Gegenwärtigkeit der Herren am Tanz,  
 sehen zu lassen / doch daß sie keiner Leichtfertigkeit oder  
 Muthwillens gebrauchen. Daneben sind sonst alle ehrli-  
 che Geläge / da andere Fürnehme Burgers-Kinder sich  
 gleichfalls in Ehren sammeln / und unter sich frölich seyn,  
 deren ein Theil deshalb mit alten Privilegiis begnadet und  
 berechtiget sind. So haben die Nachbarn an eilichen Or-  
 ten unter sich auch Nachbar-Geläge in welchen auch keine  
 Ordnung gehalten wird. Darneben vergönnt man den  
 Handwerks-Gesellen / daß sie auch unter sich / ein jedes  
 Handwerk an seinem Ort ihre Geläge haben / da die jun-  
 ge Welt und gemeines Gesind sich auch frölich macht.,  
 Und gehen allezeit vorher ernstliche und treue Vermah-  
 nungen / von Predigern / Obrigkeit / Herren und Frauen,  
 Eltern und andern / wie sich ein jeder bei der Frölichkeit,  
 verhalten soll. Die Prediger thun solche Vermahnun-  
 gen von den Tänzen mit gebührlichem Ernst und Eisser /  
 und wo dagegen gehandelt wird / straffen sie hernach sol-  
 ches an dem einen so wol / als am andern. Die Christli-  
 che Obrigkeit lässt alle Jahr um die Fastnachts-Zeit offizi-  
 liche Mandat hievon an Ihre Raths-Heuser anschlagen /  
 vermahnet dariñen einen jeden zur Gebühr / und für Scha-  
 den sich zu hüten : Thut hernach auch Ihr Amt / wo etwas  
 verbrochen / und wider ihren Befehl gehandelt ist. Ein-  
 jeder Haß-Water und Haß-Mutter siehet auf die ißren,  
 Dadurch gibt Gott Gnade / daß / ob wos nicht allezeit al-  
 les gar vollkommen ist / dennoch wird zum meisten viel  
 Unrat verhütet. In margine lemma est : Läblicher und ehr-  
 licher Gebrauch zu Braunschweig mit öffentlichen und  
 ehrlichen Gelägen am Fassten-Abend, Et paulo ante p. 424.

D

Nun

Nun kan Gott wol leiden / daß man bisweilen frölich sehe / wann es seine Maashat / und man keine Excess thuet. Abhinc quinquaginta circiter annis in Patria quoque mea charissima de viliis istis inter se lites moverant nonnulli ; sed publice Venerandus Vir Dn. Joh. Ehrhardus B.M. id temporis Superintendens, pro concione dixit : *Die Fastnacht mag von den Heiden h'rfommen seyn ; was ists mehr ? Wir sind doch keine Heiden / sondern Christen.* Und Kuehlein backen ist nichts heidnisches. *Drum lasst euch eure Fastnacht Kuehlein wohl schmecken / und hütet euch vor Übermaß.* Hinc argumentor : Si sine peccato vigilias carnisprivii celebrare possumus, & recreatio temperata, moderata ac honesta in illis licita est , sequitur , illas non esse per se Festum Bacchi Ethnicum aut Diabolicum. Atqui prius est ; ergo & posterius.

## §. XIV.

**XI.** Denique *undecimam rationem ab infirmitate sententiae* *Ab infirmi contraria peto.* Sententia eorum, qui vigiliam hanc carnisprivii tate sententiae con per se & simpliciter ipsummet Bacchi festum Diabolicum esse statuunt, neque inter usum & abusum ullatenus distinguunt, sed id per omnia cum Anonymo rejiciunt, nullo nititur fundamento. Nihil aliud hi opponunt nobis, quam I. numerum sic sentientium. Sed multitudo errantium non parit errori patrocinium. Multi quidem hoc dicunt; sed nihil probant. Dantur quoque in contrariam partem autores , quos inter B. Lutherum & Chemnitium tanti equidem æstimo , quanti fortassis neminem. Polyd. Verg. in fine Lib. V.c. 2. dicit : *Hac omnia ex Romanorum Bacchanalibus ad nos fluxisse dixerim.* Sed per verbum *dixerim* se explicat, se nihil certi de hac re affirmare. Verum enim vero, quid effluxit ex Bacchanalibus Ethnicorum ? In antecedentibus dixit : *Sub idem tempore illud jejunium quadraginta sex dierum nobis anniversarium indicitur.* Ideo quotannis cuncti ubique gentium in nostro Christiano orbe studiosius solito adipatis vescuntur cibis. Oriturne ergo esus ciborum adipatorum in solidum ex Bacchanalibus? Nugæ. Idem Vergilius, ab Oweno Poëta Virgilio qualicentiam poëticam æqui-

æquiparatus, in præcedaneis hæc talia non ex Bacchanalibus, sed ex Quinquatriis minoribus & Megalensibus deduxerat. Tam incerta omnia sunt. *Rodolphus Hospinianus* valde queritur (de Orig. Fest. p. 73.) *Miranda*, inquit, & vehementer deploranda est insania & furiosa Christianorum impietas, qui tam immania, tam tetra, omnisque sceleris & malitia plena festa, ab ipsis quoque Scythis damnata, non dubitareunt quasi postliminio in Ecclesiam Christi introducere. O scelus! O crimen horrendum & ingens, quo procul dubio gravem iram Dei nobis conciliamus! Verum ita refelluntur ii saltem, qui putant, vigiliam istam aliquibus in locis, ubi abusus ejusdem toleratur, & frequentatur, nullam omnino cum Bacchanalibus Ethnicorum habere convenientiam. Alii perhibent, Papas Rom. præsertim *Innocentium III. Synodo Uratislauensi 1248.* Polonis & Uratislauensibus permisissie, ut per tres priores dies jejunii debaccharentur. Sed vid. *Centuriatores Magdeb. Cent. VI. col. 632.* ubi verba ita se habent: *Relaxavit Fasibus: eodiensis Archidiaconus & Legatus Pontificius Polonis partem jejunii ejus, quod est solenne cunctis ante Pascha.* Nam cum id totis novem (puto pro novem legendum esse septem) hebdomadis, veteri summorum Pontificum instituto, vulgo servarent, indulxit, ut esset deinceps hebdomadarum sex & dimidiae. *Gisbertus Poëtius Tom. III. Disp. select. disputat. ult. æque, ac Autores jam allegati*, vigiliam nostram ipsum festum Bacchi Ethnicum esse arbitratur; quare non modo adjuncta illius & circumstantias (seu mavis abusum) verum & ipsum subjectum penitus abolendum esse censet. Sed esto hoc quodantenus; tamen ne ipse quidem certus est, num vigiliæ nostræ Passionales sint Bacchanalia, num Saturnalia, num Lupercalia, num vero Quirinalia: de quibus supra §. IX. egimus. Multis deinde argumentis probare vult, quod Christiani nihil cum festis idololatricis Ethnicorum commune habere debeant. Sed de probatione hujus theses, vigiliam videlicet carnisprivii celebrari à Christianis in honorem & memoriam Bacchi, & ideo esse ipsum Bacchi festum diabolum, altum agit silentium. Optamus & nos, ut omnes Bacchanalium Ethnicorum umbræ à Chri-

Christianis absint. Quod vero ciborum adipatorum usus illico ad ejusmodi umbras idololatricas veniat referendus, id nondum probatum est. In ipsis nempe festis metanoeticis, iisdemque extraordinariis, quibus jejunia publicè indicuntur, sub vesperam adipatis vesci licet ferculis. Nec reperio, qui profanentur hoc pacto illa festa, si nulla luxuries accedat. Excolantur interdum culices & deglutiuntur camelii a secius animatis. Si ipsi talibus gaudent escis, omni modo id licitum putatur: sin alii, illicitum. Fabulæ! Gottfried Arnold in der Abbildung der ersten Christen / part. II. pag. 252. assert: Ich will nichts sagen von den gräulichen Faschnachten / die mit alleräussester Besheit aus dem Heidenthum ins Christenthum herüber gebracht / und durch alle Secula bis auf diese Zeiten fort gepflanzt worden. Huic autem regerimus, reponimusque id, quod jamjam Hospiniano reponebamus. Abusus hujus vigiliæ Ethnicismo analogus, imo, cum servi, voluntatem Domini scientes & non facientes, plures plagas & intolerabilius judicium accepturi sint, saepius Ethnicismo deterior est. Quod autem Anonymus im Fasnachts-Büchlein / pag. 10. 11. 12. scribit, Episcopos tempore Constantini M. conversis Ethnicis permisisse, ut Festum Bacchi Ethnicum continuarent, da man nicht das geringste unterlassen / was an den Bacchus-Festen getrieben worden; vana est imputatio, ino mera, quam Episcopis illius ætatis afficit, calumnia. Nihil enim probat, nec quicquam probare potest. II. Objicitur, nomen ipsum nihil aliud velle, quam vigiliam carnisprivii, vulgo Fasnacht, ipsissimum esse Bacchi Festum. Latine enim audit Bacchanalia. Sed supra responsionem ad hæc dedi, quod nimirum ita sensu latiore vox Bacchanalia sumatur, & abusus potius vigiliæ, seu mavis, temporis illius, quo initia sacra memoriae passionis Dominicæ in Ecclesia singulari quadam cum devotione fieri oportebat, impia & sinistra locatio per illa denotetur. Alias etiam hoc modo Judæi Bacchanalia celebrassent, sicuti Buxtorf. Synagog. Jud. cap. XXIX. festum Purim Judæorum Bacchanalia vocat. Vid. etiam Voëtium l.c. p. 1390. Judæi autem cele-

celebratione Festi Bacchi Ethnici nunquam somniarunt. III. Ob-  
jicitur, *in vigiliis carnisprivii homines lurcari, debacchari, circu-  
cumvagari larvis indutos, lasciviamque varii generis ac petu-  
lantiam ab iisdem peragi.* Ergo Festum in honorum & memoriam  
Bacchi celebratur. R. Hoc duntaxat exinde iequitur: Quædam  
sunt in vigiliis carnisprivii, quæ olim in ipso Bacchi Festo Ethni-  
co peracta erant; Ergo vigilæ istæ morum pessimorum, sic di-  
ctorum, ratione magnam habent convenientiam cum Festo Bac-  
chi Ethnico. Non autem sequitur: Ergo vigilæ istæ omnimodo  
sunt ipsum Bacchi Festum Ethnicum, in memoriam & cultum Idoli  
istius celebratum. Alias Plutarchus in *Quest. Sympoſ. Lib. IV.*  
*p. 671.* rectissime argumentatus esset: Judæi in festo Tabernacu-  
lorum circumportant Thyrlos, Pontifexque summus in sua tu-  
nica gerit nolas, & quæ sunt alia: Ergo Judæi celebrant Bacchi  
festum ipsum. Si enim vigilæ istæ propter lurcationem, petulantiam  
lasciviamque Festum Bacchi proprie sic dictum vocandæ essent,  
multo plura Bacchanalia proprie sic dicta hodiendum haberemus,  
uti tempore Martini, Encæniorum, &c. quorum origo a multis  
ex Ethnicis deducitur. Ita quippe Voëtius citat Stuckium, dicentem:  
*Quid dicam de nostris Saturnalibus, Bacchanalibus, Urbanali-  
bus, Martinalibus, Encæniis, que Ethnicorum more rituque,  
magna insaniasque furore à nobis agitari consueverunt? Porro  
evoluti possunt D. Nicol. Hunn. de Apostolia Rom. Eccles. pag. 119. 339.  
473. & 315. ubi jejunium a Judeis, Ethnicis, & hereticis variis  
deducitur: Dieteric. Antiq. Bibl. p. 219. a & 770. b. 772. Henr.  
Engelgrave Luc. Evangel. part. I. p. 117. seq. & p. 177. Videsis.  
insuper Orationem Altdorfi habitam a Dn. Frischio de Hilar. vete-  
rum anno 1653. p. 5. seq. aliquosque Ant. complures.*

## SECTIO ALTERA,

de

*Saltu posteriore, qui sub vigiliam carnisprivii  
occurrit, declinando.*

D 3

S. 1.

S. I.

Elutitum est extremum est, in vigiliis carnis pri-  
vii ita edere, bibere ac delitiari, ut impediari a  
præparatione ad passionem Dominicam pie-  
meditandam? Ita & alterum extremum est,  
vel adiaphora quædam superstitiosius evitare  
veire, aut improbare & inhibere, quo minus in hisce vi-  
giliis faciat. Huc denus collimat *Anonymous* l.c. p. 47: Da muß  
man Rüchlein backen? Gebratens essen? W. in oder Bier-  
trincken; & p. 50. ubi titubantius quidem initio, in fine tamen præ-  
cipitantius autumat: Wann dir dein hummlischer Vater deine  
tägliche Speiß und Trank lässt zukommen unter deiner  
Arbeit und Bemühung / so danke ihm darum / und be-  
gehre ja nichts bessers. Gibt dir aber dein Gott etwas bes-  
sers/ ohne deindarnach Trachten oder Verlangen / so nimm  
an mit Herzens Demuth / und danke ihm herzlich dafür/  
so gerechts ist nicht zur Sünde / es mag Fasnacht Chas-  
Tretag? Ostertag? oder Pfingsten seyn. Aber sage mir/  
warum muß eben um diese Zeit besser geessen und ge-  
truncken / und besser und säuberer in der Kleidung  
daher gegangen seyn? Warum thut mans nicht vor oder  
darnach? Antwort? Es ist Feiertag. Was vor ein Feier-  
tag? Des Teufels sein heiliger Tag / den man ihm zu ehren  
feiert/ dann es ist Fasnacht. Wäre es diese Zeit nicht/ wür-  
de sich mancher besinnen/dis oder jenes auf zu wenden. Aber  
so gehts in der Fasnacht hin/ wie Gotteslästern/  
Fluchen/ Sauffen/ Fressen/ Tanzen/ Springen/  
Zotten und Possen reissen auch. Hadenus ille.

## S. II.

Limites ita denuo transiluntur, & periculum est, ne incurratur  
censura Apostolica, Tim. IV. x. 3. in eos lata, qui cibis a Deo condi-  
mis alios interdicunt. Hæc Marpesia cautes & que fuerat subterfu-  
gien-

gienda, atque illa, 1. Cor. VIII, v. ult. ubi, si fratrem cibus scandalizet, in alterum se vesci nolle carnibus, Apostolus affirmat, R. debunt insuper tanto majore cum praetextu, ac tanto confidentiore cum seductione aliorum illi, qui Bacchanalia vivunt, si vanitatem harum prohibitionum exaggerare coeperint, dixerintque, superstitiones esse, qui hominem cibo & potu etiam mediocri interdicant. Et sic Epicureismus ex altero latere patentiores in animis hominum portas inveniet. Quandoquidem vel sic juxta illud Poetæ Horat. Lib. I. Sat. III.

*Neglectis urenda filix innascitur agnis,*  
Imo, si qui sunt boni Christiani, non peccare presumuntur circa ejusmodi adiaphora, qualia sunt *Edere placentulas, bibere vinum, cerevisiam &c.* Neque ex eorum hi committent in his aliisve ejusmodi adiaphororum exercitiis. Non peccare, inquam, presumuntur; si vel in vigilia carnisprivii talia facitent. Quod vero mali Christiani pedem ad hos lapides impingunt, id bonis certe Christianis non fuerat imputandum. Hi enim norunt, quid in eorumdem praxi sit omittendum, quidve faciendum; illi non item. Hi divinitus donati sunt prudentia vere Christiana; illi non item. Mundis omnia munda; immundis immunda.

Sed enim ad informandas & erudiendas conscientias, ut nos verint, quidnam hoc die, aut aliis ejusmodi festivitatibus, licetum, quid non, esto quæstio generalis:

*Num omnis omnino recreatio in vigilia carnisprivii sit inhibita?*

Tendit Anonymus ad affirmativam pag. 30, ajetos: Ich fröh' es gewiss / daß es den verdammten Hölle-Brand / den stolzen und hoffärtigen Geist unmöglich freuet / daß ihm so willig gefolgt / und das Fest / welches er Christo zur Schmach ersonnen / ihm so stadtlich gehalten wird; quo poppysmo strigit non tantum male feriatos, sed etiam illos, qui hoc tempore et was besseres (das doch Gott gegebē / und man ist Herzens-

De-

Demuth angenommen/und ihme herzlich dafür gedankt)  
edant & bibant; eoque nomine Magistratus promiscue & sine discr-  
mine in ædibus auch erlaubte Ergözung oder recreation, und  
alles/ was der Fastnacht zu Lieb geschieht/p. 58. prohibere jubet.  
Cum quo omnes illi ambulant, qui vigiliam hanc per omnia ipsum  
Bacchi festum esse arbitrantur, sensu stricto & proprio, de quibus  
supra. Nec diffitemus, etiam gravissimos quosdam Ecclesiae nostræ  
Doctores omnem omnino recreationem profanam ab hoc tem-  
pore alienam esse velle. Observamus tamen, respexisse eos ad abo-  
minabiles, impias aut certe ejusmodi recreaciones, quibus me-  
moria JESU patientis, & meditationes piaæ, Christianæ & sanctæ  
de eadem, impediantur. Imo plane excludantur. Nee enim valent ex-  
ceptiones, quando dicitur: Vivimus in mundo, ubi multa fiunt, que  
mutari nequeunt. Aliud enim jubet Div. Jacobus bc. I. 27. Aliud quo-  
que Div. Paulus, I. Cor. VII. 31. Dicitur: Nolo esse Singularista. Sed  
talem & hoc sensu acceptum sibi poscit Christus Matth. V. 47. Was  
thut ihr fonderliches? Porro dicitur: Sunt Magni Homines, Bac-  
chanalia viventes. At minatur Esaias cap. V. 14. & Magnatibus &  
plebi exitium infernale. Vid. Dn. D. Schebuvig. Cynosur. Conf. p.  
469. & seqq. Gratiae Deo agendæ nobis sunt, quod nihil amplius  
de ejusmodi pessimis ac impiis gesticulationibus & ritibus, quales  
tempore Patrum nostrorum invaluerant, inter nostrates audia-  
tur & videatur.

Probationes autem eorum, qui nullam omnino recreatio-  
nem in vigilia carnisprivii permittunt; permittunt autem has alio  
tempore (imo juxta Anonymum p. 50. am Charfreitag) nullo  
firuntur fundamento. Duas illi tantum afferunt: 1. ejusmodi recrea-  
tiones pertinere ad Festum Bacchi, quibus Diabolo inserviatur. 2.  
illas importuna percipi tempore, imo memoriam passionis Christi im-  
pedire. Sed nulla harum firma stat tali. Ad 1. quod attinet, supra  
jam demonstratum est, vigiliam carnisprivii non esse ipsum Bacchi  
festum Ethnicum, sed modo tempus & diem, qui antecedat jeju-  
num Quadragesimale Pontificiorum. Neque 2. temperata ac licita  
recreatio memoriam passionis Christi impedit. Id quod vel ipse

Ano-

Anonymus concedat, oportet, qui vel ipso Parasceves die Christianis indulget, etwas bessers zu essen und zu trinken. p. 50.  
 Ne quid de eo dicam, quod pluribus in oris meditationes speciales, seu mavis, conciones de passione Christi non Dominica Quinquagesimæ, sed demum Dom. Quadragesimæ vesperi incipiuntur; in aliquibus locis in medio demum temporis quadragesimalis. Hinc est incongruum, quod Anonymus p. 58. affert: Zu dein Ende / ait, müste auch an denen Orten / die von der Obrigkeit dependiren (sine dubio hic Pochotrophea intelligit) und man auf solche Zeit eine recreation hat / solches auch eingestellet werden / und könnte gar wohl eine erlaubte Ergözung auf eine andere Zeit / denen in solchen Orten befindenden Leuten gegeben werden. Quasi vero ejusmodi recreaciones licitæ & fratum inopum refrigeria, stante Anonymi sententia, vel generaliorem memoriam mortis Christi alio quoque tempore non possent impedire. Quodsi ad Paschalia usque tempora differantur, an non impudent ita memoriam resurrectionis Dominicæ? Addo, si recreatio licita quadragesimalis, de qua sermo est, in aliud tempus differatur, nomine tamen quadragesimalem fore, eo, quod in memoriam Quadragesimæ concedatur.

S. 56 V.

Quod R. Moses Maimonid. de Idololatria Cap. IX. num. V. p. 64 edit. Voss. dixerat: **אַיִן יוֹם הָאֵיד אָסּוֹר אֶלָּא לְעוֹבָדִים**  
*Dies festi non sunt nefasti, nisi ratione eorum, qui illos colunt; hoc idem huc applicabile fuerit. Negative ergo solvitur questio superior. Etenim si is, qui hanc celebrat vigiliam, bonus est, etiam recreatio ejus erit intra limites decori substituta. Utinam vero vigilia hæc τεσταρχοσαία in totum abolita esset, & nomen illius ex Calendariis deleretur, non modo propter tetrum illius abusum, sed & ideo, quia ad jejunium superstitionis Papale pertinet. Quandoquidem autem hoc vix fiet; Pontificii enim, quibus cum nobis res est, & inter quos vivimus, nomen Fastnacht nequaquam ex Calendariis delebunt, ideo consuetudo & epocha quadragesimalis vix eradicanda erit. Dantur insuper certæ piarum causarum san-*

E

ctio-

ctiones : Dantur & privilegia ad hocce tempus restricta, & quæ sunt alia. Hinc videndum, quid licitum sit, quid minus in vigiliæ hujus celebratione, & quomodo abusus ab ea sint rejiciendi atque proscribendi. Dico ergo contra Anonymum: *Quæcunque recreations aliis temporibus sacris, ipsoque Parasceves die sunt licet, eadem in vigilia carnisprivi illite esse non possunt. At qui reereationes quædam moderatae, eaque vel ad officia charitatis, vel ad necessariam naturæ conseruationem legitime ordinatae, vel ad laborantium respirationem viriumque defatigatarum collectionem attinentes, aliis temporibus sacris, ipsoque Parasceves die sunt licet.* Ergo. S. VI.

Eiusmodi recreations licitas Magistratus permettere potest bona cum conscientia. Ex. gr. Si Paterfamilias cum suis liberis ac domesticis aliquid lautijs edat ac bibat in vigilia carnisprivi, quam alias, ita tamen, ut luxum devitent, nec ad crapulam usque sua corda gravent, non tanquam celebrantes festum Bacchi Ethnicum, neque etiam ea cum intentione, ut sese parent ad carnisprivium Pontificium, (quid enim nobis cum jejunio Pontificiorum est?) sed tantum, sicuti dantur quædam anni tempora, etiam sacratiora, in quibus homines dona Dei cum gratiarum actione accipientes, & oratione devota sanctificantes, sese inodice refocillant, idque ex vetere consuetudine & sine luxuria; tum vero istiusmodi honesta, Christiana ac temperata refectione quaquam inhibenda, multominus peccaminosa est, sed est ac manet res adiaphora. Huc verba Div. Pauli accommodari possunt Rom. XIV. 3: *Welcher isst, der verzichte den nicht / der da nicht isst / und welcher nicht isst / der ziehte den nicht / der da isst.* Et v. 6. *Welcher auf die Tage hält / der thut's dem HErrn / und welcher nichts drauf hält / der thut's auch dem HErrn.* Welcher isst / der isst dem HErrn / denn er danket Gott. Welcher nicht isst / der isst dem HErrn nicht / und danket Gott. Nihil enim est commune per se, uti infra v. 14. loquitur, nisi ei, qui existimat aliquid esse commune, illi commune est. Id quod tantisper manebit verum, usque dum contrarium probetur. Tolla-

tur

tur abusus; & res erit salva. B.D. Chemnitius de hac tali avaritia, avaria & avarice modica, quadragesimam antecedente, i.e. disertis verbis ait, es se h. Gott nicht zuwider / daß man bisweilen weltliche Frende habe/ wüns zu rechter Zeit/ und mit Massen geschehe; denn es falle sonst das ganze Jahr durch einem jeden so viel Ungelegenheit/ Crübsal und lust für/ daß man Traurens und Weinen genug bekommt/ daß einem hinwiderrum ein gutes Stündlein stol zu vergönnen sey/ wenn nur die Frölichkeit im H. Geist geschehe/ wie Paulus sagt; Phil. III, 1. und mit Massen geschehe.

## S. VII.

Propterea vero ad informandas & erudiendas porro conscientias, quo usque reflectiones atque recreations ejusmodi licetæ sese extendant, quibusque limitibus definitur & circumscribantur, quæstiones alias specialiores formare placet.

## QUÆSTIO I.

*Num liceat vestes permutare, ac personatim aut larvatim incedere?*

**F**acimus denuo cum B. D. Balduino Cas. Consc. Lib. IV. cap. I. cas. 2. p. m. 854. Optandum utique esset, inquiete, ut impia larvarum spectacula in Bacchanalibus, una cum ipso festo pagano, in nuptiis & similibus conventibus prorsus antiquari possent inter Christianos, tanquam facta scandalosa & multorum scelerum incendia. Deut. XXII. 5. extat locus: Non induetur mulier ueste virili, nec vir utetur ueste fœminea. Sed tamen de usu ordinario hæc sunt intelligenda, ut distinguere possimus inter virum & fœminam. Neque enim peccare eum puto, qui, in vita periculo ueste fœminea indutus, salvus evadat; neque illum, qui saltem per horas alias in ludis scenicis, iisdemque honestis, personam repræsentet fœminini generis. Confer D. Mengerium in Evangelischen Gewissens-Recht/ Dom. Esto Mihi, quest. I. p. m. 151. & seq. ubi: Wann etwan / ait, eine feine Comœdia zu agiren ist/ daß sich die Personen so und so kleiden und geberden/ kann allerdings nicht gestrafft noch ver-

wiesen werden / wie hierüber die Calvinisten sich ohn Ursach  
 ein Gewissen machen. Cæterum contra comediam ita dicti S.  
 Christi, & S. Nicolai, vid. Tractatum cujusdam Anonymi de larvis  
 Natalitiis edit. Lipsiæ 1674. Præterea in Concil. Constantin. VI. sub  
 Justiniano II. Seculo VII. canon. 62. sequentia habentur: *Calendas,*  
*qua dicuntur, & vota brumalia, que vocantur, &, qui in primo*  
*Martii mensis die fit, conventum ex fidelium civitate omnino pelli*  
*volumus, sed & publicas mulierum saltationes, multam noxam*  
*exitiumque afferentes: quin etiam eas, que nomine eorum, qui*  
*falso apud Græcos Dii nominati sunt, vel nomine virorum ac mu-*  
*lierum fiunt, saltationes, ac mysteriæ more aliquo, & a vita Chri-*  
*stiana alieno, amandamus & expellimus, statuentes, ut nullus*  
*wir deinceps muliebri veste induatur, vel mulier veste,*  
*viro conveniente. Sed neque Canonicas, vel Satyricas, vel*  
*Tragicas personas induat. Neque execrandi Bacchi nomen*  
*uam in torcularibus exprimentes invocent, neque vinum in dolis*  
*effundentes risum moveant, ignorantia vel vanitate ea, que a*  
*Demonis impostura procedunt, exercentes. Epicrisis Dn. Osiandri*  
*in Epit. H. E. super hunc canonem inter alia hæc habet: Recte*  
*impiæ Gentilium reliquæ levitatis & scurrilitatis plenæ fuerunt*  
*damnatae. His tamen honestas, præsertim sacras Comœdias*  
*vel Tragœdias annumerandas esse non censeo, in quibus*  
*etiam agendis habitus vel vestitus ad breve tempus mutari*  
*potest absque impietate, ut masculus in habitu muliebri in-*  
*cedat. Addesis de impilis gentilium reliquiis Concil. Antisiodorensis*  
*Can. I, II, III. Sed in vigilia carnisprivii ejusmodi permutatio ve-*  
*stium & larvatio minime a nobis approbatur; verum omnino re-*  
*jicitur. Pertinet enim ad ὁδοιατριβας, meditationem passionis*  
*Dominicæ impedientes. Ecquid tamen generatim usus quidam lar-*  
*varum concedi possit, Baldinus l. c. docet, item Mengering. l. c.*  
*Quid multa vero? Intentio & scopus agentis aliæque cir-*  
*cumstantiæ veniunt hic considerandæ.*

S. VIII.

## S. VIII.

## QUÆSTIO II.

*Num Sartores peccent, qui vestes pro Bacchanalibus conficiunt?*

**A**ffirmat D. Mengering, Scrutin. Conscient. Catech. p. m. 858. Si enim in vigilia carnisprivii vestes permutare non licet, neque illas conficere licebit. Scio equidem exceptionum, quas sartores movent, magnam copiam: sed habent sibi monitum Div. Pauli Ephes. IV. 28. *Quilibet laboret, ac operetur manibus, quod bonum est. Et Phil. IV. 8. Λογιζεθε σεμνα, veneranda, justa &c.* Si conficiunt v. gr. vestes rusticæ, easque non indecoras, sufficit conscientia probabilis; qualis est in subdito aliquo, qui sub Magistratu suo in militiam abit; quamvis certo non sciat, bellum esse justum, & præsumit hoc de suo Domino: etsi non sit justum in se. Vid. B. Dn. D. Bechmanni Theol. Conscientiar. p. 8.

## S. IX.

## QUÆSTIO III.

*Num caupones apud se convivantibus eis Bacchanalia celebrantibus potum subministrare salva conscientia possint?*

**N**on est quæstio de casu necessitatis, peregrinantibus, pauperibus, aliisque præstandæ. Certe si peccatorum alienorum sese nolunt reddere participes, hic suæ conscientiæ rationem cumprimis habeant, oportet, ὅτι ξενοδόχοι. Quo nomine religiosi Magistratus inhibent, quoties dies aliquis solennis metanoëticus indicitur, daß alles Zechen in denen Schenck-Häusern an diesem Tage sollte unterbleiben. Sed & huc accommodari potest consilium eatenus salubre B. Dn. Grossgebaueri, quo Autor est Magistratibus Christianis, ut tam ante festivitates, quas celebramus, metanoëticas, quam etiam post easdem in omnibus Collegiis, municipiis & ædibus diligentiorem inquisitionem instituant, num profanationes horum temporum

sacrorum, & abusus, qui dudum irrepsero, serio aboliti sint. Wächter-Stimm / p. 351. seqq. Dn. M. Gerberus in den unerkannten Sünden der Welt part. I. p. 210. ita judicat: Und eben ein solches gottloses Wesen wird auch von Handwercken und Bauren getrieben. Da meinen die Handwercks-Gesellen / diese Zeit sey darzu deputiret / sie müssen alte Gewohnheit nicht abbringen. Da wird man keinen in seiner Werkstatt finden / sondern sie liegen wohl die ganze Woche durch in ihren Herbergen / Wein- und Bier-Häusern / und werden in vielen Tagen nicht nüchtern. Was nun da vor Sinde/Schand und Unzucht vorgehet / ist nicht genug zu beschreiben. Ach! ihr Obrigkeiten / und Regenten im Volke! wie wolst ihr dieses am Jüngsten Tage verantworten / daß ihr zu einem solchen / wüsten / wilden / und heidnischen Leben eurer Bürger und Bauren stillschweiget? Soltet ihr nicht können euren Handwerkern durch den Sinn fahren / wann ihr wolltet? Könnet ihr Exquirer in die Häuser schicken / und eure Bürger zu Abführen der Steuren und Gaben zwingen / warum soltet ihr sie nicht auch in diesem Stück zwingen können? O wie ein schwer Gewissen habt ihr hieben? Keine Entschuldigung kan gelten / sie sey wie sie wolle / denn es trifft des Herrn Jesu seine Sache und seine Ehre an. Aber an der ist mancher Obrigkeit nicht so viel / als an burgerlicher Nahrung / und an den Einkünften gelegen. Dein es heist: Es wird manch Fass Bier zu der Zeit ausgezapft / das sonst wol bliebe / darum sie auch die Spiel-Leuth in der Fasnacht gerne verstatten. Opponis autem, non posse eos, qui diversoria publica possident, introspicere corda divertentium, commorantium, edentium & bibentium; domum ipsorum omnibus patere hospitibus, tum adeuntibus, tum abeuntibus, tum introeuntibus, tum exeuntibus; quin vocationem ipsorum id poscere, ut cuique tantum subministrent esculentorum & potulentorum, quantum desideret. Regero: Si cætera sunt paria, si ipsa

si ipsa necessitas ejusmodi opera, v. gr. peregrinantibus, aliis  
 eorum indigis, præstanta suadeat, siue nulla temporum sacro-  
 rum profanatio accedit, cuius sece participes reddant hospitio-  
 rum ejusmodi possessores; tum suæ cujusque conscientiæ (recte  
 informatæ & charitatis Christianæ regulam tenacius observaturæ)  
 equidem relinquo, quidnam pro renata faciendum, quidve omit-  
 tendum sibi putet. *B. D. Mengering. in Scrutin. Consc. Catech.*  
 p. 1476. inter cætera id notat ac reprehendit in *Gast: gebern/*  
*Herbergen / und Wirtshauf-Herren num. 6. daß sie oft-*  
*mals die Gäste zum Trunk reißen / sonderlich mit Wein*  
*und Brandy: Wein / sauffen sich mit ihnen toll und voll/*  
*nur daß sie desto mehr verzeihen sollen.* Si ergo hi non pos-  
 sunt introspicere corda adventantium, attendant modo ad signa  
 externa, ex quibus dignoscere hanc difficulter poterunt, qualibet  
 bus cum personis agant. Excusent sece quam maturrime, causan-  
 tes, quod nequeant sacri temporis profanationem adjuvare, ci-  
 bum potumve supervacaneum aut luxuriosum apportando, quod  
 nequeant operam meretriciam præstare cauponando, quodque  
 aliis a Deo prohibitis modis conscientiam inquinare suam, aut ma-  
 ledictione divina se suamque familiam onerare nolint. Hoc Christianum  
 est, & a nemine, nisi male feriato, in deteriorem partem ra-  
 piendum. Lucrum certe frustra speratur, ubi benedictio superna  
 deficit. Alere suos per ministerium iniquitatis velle, non est vo-  
 cationis honestæ, nedum Christianæ, negotium; verum ejusmodi  
 auctupium, quo ne tertius quidem hæres gaudet. Succurrendum  
 est proximo, si cibum aut potum desideret ad refrigerium & neces-  
 sitatem, charitate & prudenter Christiana omnia moderante, alii  
 plus, alii minus destinante, & ne quidem poculum hilaritatis deco-  
 ræ inhibente; Ast eidem suppeditanda non sunt contra rectam τῶν  
 παιδῶν ζέων conscientiam, quæcunque tandem fuerint irritamenta  
 malorum. De passivis, quos vocamus, hospitibus aspergere juvat  
 notabilem textum *B. Dn. Scrivervi Seelen-Schab part 4, p. 933*  
 ad cæteros quoque casus applicabilem, & instructionis instar futu-  
 rum. Ita vero differit ille: *Wieviel sollte man von Handwerk  
 mei*

meister und Gesellen finden / die sich ein Gewissen machen / daß sie am Tage des Herren früh noch arbeiten / nachmittag zum Bier gehen / bis in die späte Nacht sitzen / und einen derben Rausch / nebst einer Last vieler Sünden / mit nach Hause nehmen ? Ich weiß aber / daß etliche durch geistliche Anfechtungen dahin gebracht worden sind / daß sie durchaus am Sonntag nichts / als heilige Übungen haben fürzehmen / und wann man sie zu nothigen / und zu zwingen sich unterstanden / lieber viel leiden / und ihre Werkstatt quittieren wollen / als wieder Gottes Gebot und ihr Gewissen handeln. Jener fromme Handwerks-Gesell / als ihn seine Zunft-Genossen spöttlich hielten / zum Trunk nothigten / und bei dessen Verweigerung verlachten / sagte : Gedengesungen / aber vielleicht nie zu Herzen genommen habt :

Nicht übel Ihr um übel gebt / schaut / daß ihr hier unschuldig lebt / Last euch die Welt nur äffen ; Gebt Gott die Nach und alle Ehr / den engen Steg geht immer her /

Gott wird die Welt schon straffen. Ich wolte wol auch lustig sein / wie ihr / und mitmachen / ich habe aber einen herben bittern Trunk gethan / davon mir alles sippige Trunken verleidet ist. Dantur, quæ Dei gratia est, vere pii & Christiani Hospites, quos dicimus, activi, qui licentiam ejusmodi Hospitibus suis passivis haud faciunt, neque dominos suas stabula nequitiae esse sinunt ; quibus & posteris ipsorum Deus abunde benedicet. Horum exemplum alii, quod decentius æmulentur, habent, identidem considerantes, quam arduum sit, tametsi non ἀδύτατον, hic ἀπρόσκοπον καὶ ἀσκανδάλισον πολιτεύεσθαι, & illibatam retinere sine cauterio & naufragio conscientiam.

## §. X.

QUÆSTIO IV.  
Num Musici ad choreas ludere hoc tempore possint?

Ano-

**A**nonymus p. 32. dicit: Wie solche Leute insgemein eine sehr schwere Verantwortung haben/ und ich nicht weiß/ aus was vor einen Grund sie solche ihre profession erweisen können / daß es ein von Gott geordneter und ihme wohgefälliger Stand wäre/bey der gleichen Händen sich brauchen zu lassen : So haben sie es desto schwerer bey dieser (Fasnachts) Gelegenheit zu verantworten / daß sie mit und zu so sehr vielen schweren Sünden helfen/ und fast das allervornehmste Werk darbey verrichten. Sed saltat deinceps ab extremo ad extremum professionem Musicorum penitus rejicendo , cum tamen sapientissimus ille Regum Salomo Coher. III, 4, expresse dicat, saltare ad tempus licere. Sic ergo & in choreis ludere licebit , quia sine flatili aut pulsatili lusu saltare nemo solet. *Vid. Dn. Abrab. Christ. Rothens Unterricht von Mittel-Dingen passim. Olearius & Brochmandus;* celeberrimum par Nostratium Theologorum ; & ille quidem in seinem Hand-Buch / hic vero Tom. II. Syst. nolunt hæc Musicorum exercitia penitus rejicere ac tollere propter abusum ; quod faciunt *ἀμυτοι.* Vide de ejusmodi Choreis , quæ Christianis concessæ sunt, B. D. Meissneri Philos. Sobriam p. 575. seq. Dn. D. Schelwig. Synopsin p. m. 273. art 33. quæst. 7. Maxime vero hoc spectant ea, quæ B. Mart. Chemnitius Postill. cit. p. 424. seq. habet: Nun kan Gott wolleiden / daß man bisweilen frölich sey / wenn es seine Maß hat ; und man keinen excess thut: wie Salomon sagt in seinem Predig-Buch im 3ten Capitel: Ein jegliches hat seine Zeit / und alles Fürnehmē unter dem Himmel hat seine Stunde ; und sehet darunter auch Lachen / Tanzen / Herzen. Quod autem Musici audibices inservire possint illis , qui Bacchanalia vivunt , negatur exesse. Si enim Judæis olim vetitum fuit , idololatricum carmen canere tibiis <sup>רְבָעִים</sup>? teste R. Mos. Maimonid. I. c. cap. IX. num. X. p. m. 66. וּחֲלִילֵין שֶׁל עֲכוֹן אָסֹר לַמְפֹד כְּהֵן Tibiis vero idololatrarum vetitum est lugubre carmen canere; multominus nostris concessum est, ejusmodi hominibus , qui Bacchanalia vivunt, inservire aut choreis ludere. Habent interim illi , quod , cum timore

S. noi utramque ratione va. sicutusq[ue] stul. b[ea]t. g[ra]m. ac tre-  
cens

ac tremore salutem operantes, modulos instituant suos, quibus alios afficere & exhilarare sat agunt. Omnino summa hic adhibenda est cautio, ne Satanæ illices evadant illius, qui aviculas suas miserrime decipit. Oret ergo quilibet ipsorum ex animo aut ὁμόφων, aut praeuentum Dn. M. Schmidii formulam in libro precationum Cubachianarum p. m. 346: Regiere mich/gütiger Gott/einig und allein zu deinem Dienst / daß ich die edle Gabe der Music nicht zu der Welt-Freude / und zu wollüstiger Reizung des bösen und sündlichen Fleisches bey mir und meinem Neben-Menschen/ sondern zu deiner gläubigen Kinder und meiner Seelen, Freude gebrauche / nicht heute dir und deinem Volk / morgen aber dem Teuffel und seinen wollüstigen Welt-Kindern diene/ und dadurch nicht meinen Ruhm und eigene Ehre/ sondern allein deines Nahmens Preis und Ehre zu befördern mir angelegen seyn lasse. Conferantur de Chorarum hodiernarum plurimis, quid sentiant Alstedius apud Mengering. Scrutin. Consc. L. c. p. 773. chorreas tum demum permittendas esse, ratus, si certis legibus regantur a Magistratu, & non sint folles libidinis; & B. Lutherus, inter alia sequentia habens in der Kirchen-Poëtiss fol. 178: Der Glaub und Liebe löst sich nicht austanzen/ so du züchtig und mäßig darinnen bist / &c. Vid. Ludov. Dunte in Decisionib. Cas. Consc. Cap. XXI. Sect. II. quæst. XIV. p. 1047. seqq.

## S. XI.

*Num Comœdia salva conscientia possint agi  
aut spectari?*

**H**Ac de re fuisse agit Anonymus p. 36. seqq. Si autem contra illas comedias loquitur, quæ lasciviam ac petulantiam in se continent, imo quæ plenæ sunt vanitatis; in eas rectissime invehitur. Sed tamen in hoc quoque saltum committit, cum omnia comica rejicienda esse putat. Neque enim probat ea, quæ affert, dicendo, es seyn die Comœdien hauptsächlich von Heiden herkommen/ und zur Zeit Constantini M. jeyuwellen den heidnischen Christen zugefallen eine geistliche Historie fürgestellet worden; quod appellat stultitiam. Idem p. 44. 45. Comœdias Christianorum, ex historiis sacris desumptas, rem peccaminosissimam esse putat: Es seyn höchst sündlich; sed sine probatione, B. noster Lutherns longe aliam

aliam foverat sententiam in der Vorrede über die Bücher Judith und Tobiae. Vid. Osland. in Epicrisi ad Canon. 26. Concil. Constantinop. VI. ubi Comœdias sacras præ ceteris laudat omnibus. Damhauerns in den Catechismus milch Part. II. p. 453. Item Dn. Rothius von Mittel-Dingen im widerholten Unterricht p. 434. seq. Conferantur insuper Baldinus I. c. p. 853. seq. Meissnerus I c. p. 566. seq. Bechmannus I. c. p. 367. & cum primis Dürrius noster Theol. Moral. p. 244. seq. Hi communiter ejusmodi ludos permittendos esse putant; sed his conditionibus: si (1) pro fine habeant honestatem (2) si illis gloria Dei non lœdatur (3) si nemini scandalum præbeatur (4) si denique thema tractent, & actoribus & spectatoribus fructu-  
sum. Sed in diebus, quibus Bacchanalia ab aliquibus celebrantur, satius est eas omittere, & in aliud tempus differre. D. Mengering. in Evangel. Gewissens-Recht Dom. Esto. Mihi Quæst. 2. p.m. 154. ita sentit: Daher auch Christliche lœbliche Obrigkeit viel rühmlicher und verantwortlicher thut, wie alles debacchiren und Herum-lauffen der Handwerks-Pursche und anderer leichsfertigen Vogellumschwef-  
fen, also auch Comœdien und Aufzüge mit Ernst zuverwehren und abzustellen. Melchior Adami in vitis Theol. p. 15. narrat, quod Sim. Heinjus tempore Lutheri Commensales suos, cum circa tempus Bacchanaliorum comœdiam agere vellent, ita fit allocutus: Equi-  
dem exercitia dramata & Comœdias exhibendi non improbo, modo vi-  
tetur obscenitas, lascivia & scurrilitas. Ita enim rerum verborumque su-  
pellex comparatur tam ab actoribus, quam a spectatoribus, memoria  
egregie excolitur, lingue vitia & mores emendantur, dicendique libertas  
quædam acquiritur. Verum hoc fiat justo tempore &c. Nolite  
igitur aliis bacchandi occasionem præbere. Apud Mengering. I. c.

## COROLLARIA,

*Alſurditates quasdam Anonymi indirekte stringentia:*

I. Si per legem fit agnitione peccati (sic autem Rom. III. 20.) Antinomismus est, dicere, quod contritio maxime dolorifica, qua, nos amorem & gratiam Patris cœlestis, in Christo oblatam neglexisse, agnoscimus, ex solo oriatur Evangelio, ita, ut contritos a minis legalibus & cogitatione vindictæ divinae prorsus abstrahere deceat. Non igitur ea, quæ Anonymus passim intermiscebat, Evangelica, legi sunt àrtidūnp̄p̄v̄s opposita aut contradistincta.

II. Edificationem cœlestis Hierosolymæ nondum esse factam, falsum est.

III. Nullos plane dari apud nos Christianos, Anonymus nondum probavit, idque eo, quod non sit καρδιογνώσης.

IV. Cum in Nov. Test. tenebrie abierint Rom. XIII. 12, suspecta phrasis est Anonymi, quod vivamus in crepusculo.

Tantum.

V. D. M. I. A.

CLARISSIMO  
Domino RESPONDENTI  
P. S. D.  
P R A E S E S.

**T**riplex hominum genus in vita obviat. Sunt enim, qui, sola doctrinae puritate contenti, ejusdemque tuende studio flagrantes, vitam minus probam vivunt, & hac tamen inani persuasione fidei induiti, sese æternum salvatum iri, firmissime credunt. Sunt, qui, solam vitæ integratatem affectantes, ipsam doctrinæ sinceritatem multis modis posthabent, deserunt, infestant, & sic anteriorum vitia frigentes, in contraria currunt. Sunt tandem, qui naviculam inter ambas extremitates istas, ceu scopulos & anfractus marinos, ducunt, dexteritatem doctrinæ cum dexteritate vitæ conjungunt. Et hi quidem sunt veluti paucissimi; sic omnium optimi. Quemadmodum enim cum primi, tum secundi ea, quæ Deus conjunxit, separare perdite annuntuntur: Ita hi tertii conjungenda ea conjungere omnino student. Quemadmodum insuper utriqne parti anteriori handest saluti vel probitate vita orba doctrinæ sinceritas, vel ex hac parci profecta, adeoque omnis fundamento vacua, hypocritica, jaftata & affectata morum sanctitas; siquidem & servi voluntatem Domini scientes, at non facientes *πάντας διεγένοντας*, & male credendo non potest non male vivi: Ita hi tertii, Verbo & Voluntati divinae convenienter tum credeunt, tum vivere allaborantes, cœleste brabeum pre illis deportant. Merito Temet his jungis, MI DOMINE SCHÆFFLERE, idque testatum facis hoc specimine Tuorum prospectuum Theologicorum Academico, quam parum tribus heterodoxæ ac imaginarie, quam Anonymus quidam tibi hic refutatus ambit. quamque addicctus sis orthodoxæ, id est, veræ ac solidæ pietati. Lando Tuam hanc operam, qua ea conjungis, quæ Anonymus iste separaverat. Laudabit quoque eandem, spero Venerabilis & Lectissima tua Patria, Libera Sacri Romani Imperii Civitas Memminga, quæ Inclita Parens optata jamdum industriæ Tuæ præmia destinat. Supremus vita nostræ Dux & Patriæ eternæ Reparator J E S U S C H R I S T U S imposterum quoque Te regat, ut saltum Anonymi, quem tibi adversarium elegisti, ab uno extremo ad aliud porro declines; Anonymum vero ipsum ita corrigat ac emendet, ut, vi veritatis divinae convictus, medium nobiscum viam eligat, tertioque hominum, ante à commemoratorum ordinis associatus, eam, quam Deus jundit à nobis postulat, credendorum & agendorum ἀφοριαν πάντας ὄλοκληρου, perperam dirimere ac sequestrare dediscat. Scribebam AltdorfI Noricorum qto Cal. Sextiles MDCC IX.

Coll. diss. A. 1777, misc. 23